



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 75. Iterata Franciæ Oratorum postulata ad Papam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XV). rani fuissent ausi deprecari, & adve-
A. C. 1562. fus quæ ubi opus foret, discrimen ca-
 pitis subire parati fuisset: porro in
 reliquis fere omnibus videtur nobis
 posse illis Principibus, ac Provinciis
 satisfieri, ita ut exinde una omnes co-
 gnoscere possint, quod dum eis ali-
 qua postulatorum pars ultro concedi-
 tur, nos ad partem alteram dene-
 gandam, a ratione, ac necessitate tan-
 tum adigamur: nam eo pacto Papa con-
 sequetur gloriam, qua vix major pot-
 est in terris obtineri, cum sic is refor-
 met, ac restituat, quod in se est, Ec-
 clesiam.

§. LXXV.

*Iterata Franciæ Oratorum postulata
ad Papam.*

*Mem. pour
le Concil.
lett. de l'Isle
au Roy 28
Sept. p. 297.* Cum interea Cæsaris, ac Regis Fran-
 ciæ Oratores Tridenti hæc agita-
 rent, illi Legati, quos ambo Princi-
 pes Romæ habebant, pariter Papam
 sollicitabant, quatenus Synodo præci-
 peret, ut argumenta fidei dogma con-
 cernentia discuti differretur, ac morum
 Reformationi incumberetur, donec ran-
 ciæ Præsules adventarent. Verum Pon-
 tificex, cum Synodum longius protrahi
 ægerrime ferret, ac Sessione, quæ ad
 diem duodecimam Novembris indicta
 erat, tandem celebrata Concilium ab-
 solvi

Sæcul. XVI,
A.C. 562.

solvi speraret, aut quod saltem nonnisi u-
nica adhuc Sessio Mense Decembri habe-
retur, & demum Synodo finis imponere-
tur, hinc Insulano respondit, quod om-
nia a Patribus dependeant, qui tantæ
moræ incommoda, & labores pertæsi,
ac insuper a suis Diocesibus tamdiu
absentes haud amplius Sessionem differ-
re possent. Hac super re Insulanus
Franciæ Regem literis die vigesima
octava Septembris datis certiozem red-
didit his verbis: "Expofui Sanctissimo
"Patri, quod Synodi Præsules fervore
"pleni se minus censebunt propriis æ-
"rumnis, quam doloribus affligi, dum
"Christianam Rempubicam adeo mi-
"sere sciffam, aut deturpatam cernere
"coguntur, quapropter nisi huic malo
"ante dissolutam Synodum prospectum
"sit, de omni alio remedio desperatum
"foret, si illud in tam celebri confessu
"inveniri haud valeret: cum autem Pon-
"tifex responderet, quod, si hæc præ-
"sentibus Synodi Patribus exponerem, hi
"abs dubio responsuri sint, æquum esse,
"ut etiam fuorum laborum, ac incom-
"moditatum ratio habeatur: reposui ta-
"men; quod Franciæ Regnum, quod
"brevem postulat moram non tam ut
"Synodus otio tabescat, quam ut res
"opportuniuz examinandi spatium nan-
"ciscatur, majus adhuc pondus sentiat,

B b 2

„cujus

Sæcul. XVI. "cujus præ ceteris rationem haberi, &
A. C. 1562. "quitas postulat:, ceterum cum Infulanus Papam rogaret, ut rem eo deduceret, quatenus Synodi Patres, & Theologi firmam ac piam Reformationem stabilire niterentur, ad hæc respondit idem Pontifex, quod, si Rex Christianissimus optet, ut Synodus Clericalem emendationi, atque Ecclesiasticæ disciplinæ restaurationi tanquam rei ejus regno summopere proficue potissimum incumbat, tunc per suos Oratores speciatim ea, quæ in ipsius provinciis reformatione indigent, capita proponere, non autem generatim reformationem petere debuisset: ut tamen pronam hujus Principis precibus deferendi voluntatem exhiberet Pontifex, Infulano dixit, quod speciales quosdam circa reformationem articulos, si quos Legatus proponendos haberet, intra tres vel quatuor dies omnino decidendos sponderet: insuper hæc addidit Papa: „jam
 „multa per vestrum Possiacense colloquium, quod Franciæ Episcopi habuerunt, decreta, ac statuta dicitis, hæc ergo ad Regis vestri preces lubenti animo confirmabo, atque Sedis Apostolicæ auctoritate rata habebō: de cetero autem fidem facio, quod Sacra decreta observari, omnesque Aulæ meæ Ministros, quantum fieri poterit, ad

"ad illorum executionem urgeri, toto Sæcul. XVI.
 "studio adlaboraturus sim, quamvis hi A.C. 1562.
 "exinde ingens damnum patiantur:
 "quinimo adhuc majora aggrederer, nisi
 "certus essem, quod imminutis Sedis
 "Apostolicæ reatibus Ecclesiæ hostes
 "audaciores fierent, atque Ecclesia eo-
 "rum insultibus magis adhuc exponere-
 "tur, non sine ingenti damno omnium
 "Catholicorum, qui Pontificio præsi-
 "dio commissi sunt: in aliis vero ditio-
 "nibus, quæ profano Ecclesiæ imperio
 "non sunt subditi, ipsimet Reges, ac
 "Principes in sua quisque ditione Ec-
 "clesiæ disciplinam evertunt, cum ipsi-
 "met tot dispensationes, ac insolitas be-
 "neficiorum collationes cum tanta im-
 "portunitate, ac precum vehementia
 "extorqueant, ut eas denegare haud
 "amplius mihi liberum sit.,

§. LXXVI.

*Insulanus circa Gallorum postulata ad
 Papæ alloquium admissus.*

Idem Orator in alia epistola die duo- Mem. p. 301.
 decima Octobris ad Reginam Matrem
 data referebat, quod pridie ad allo-
 quium admissus de rebus Synodum
 concernentibus cum Papa contulisset,
 hic autem eidem significasset, circa
 Gallorum Præsulorum adventum Triden-
 tini nil disponi: cum ex Franciæ aula

Bb 3

nun-